



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber De Prudentia Ivstorvm**

**Juan <de Jesús María>**

**Coloniae Agrippinae, MDCXIV**

Cap. XIII. Hortatur ad gratitudinem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46940](#)

oleo , nutritur. Hæc est via tutissima,  
qua itur in Cælum , quæ mihi confor-  
mes efficit, quos prædestinavit in ado-  
ptionem filiorum clementissimus Pa-  
pas meus. Hac via terenderunt sancti  
mei , qui per labores , & pericula, re-  
gnum cælorum violenti rapuerunt. E-  
stote ergo vos , filij mei , fortes in bel-  
lo, & orate cum illo, qui dicebat: Pro-  
ba me Domine, & tenta me , vre renes  
meos , & cor meum. Et post agones  
mortalitatis, inæstimabili consolatio-  
ne dilatabuntur corda, & corpora ve-  
stra: & fruemini beatissima luce mea.

## CAP. X I I I .

*Hortatur ad gratitudinem.*

**E**X quo formavi hominē, o filij mei,  
non cessavi die, ac nocte illi bene-  
facere, & dolui super angustijs eius, si-  
icut mater dolere solet super afflito v-  
nigenito filio suo: Nec requieui videns  
afflictionem eius , donec descendī, vt  
liberarem eum , in similitudinem ho-  
minū factus, & habitu inuētus, vt ho-  
mo. Factus sū Pontifex corde miseri-  
cors, tentatus per omnia, pro similitu-  
dine

dine absque peccato. Nullum officium  
prætermisi, ut exaltarem, & solarer fi-  
lios Adæ fratres meos, quos hæredes  
feci noui, & dulcissimi testamenti mei.  
Omnem substanciam domus meæ pro-  
dilectione, gratitudineque donavi. Si  
fortè dona, quibus feræ mansuefiunt,  
saxaque mouentur, corda hominū e-  
mollirent. Nunc vero, post tot, tanta-  
que infiniti amoris signa non est, qui  
debita gratitudine respondeat tener-  
rimo cordi meo. Quid faciam tibi ge-  
neratio Adæ crudelis, quasi struthio in  
deserto? Ego plantavi te vineam ele-  
ctam ad delicias meas: quomodo con-  
uerfa es in amaritudinem, & fel dra-  
conum, vinea aliena? Quid est hoc? Nō  
est amor, non est gratitudo, non est in-  
ter homines, qui commemoret inæsti-  
mabilia beneficia mea. Canes ipſi, qui  
modice pane, cum multis verberibus &  
seueris dominis aluntur, si fortè ab-  
ſint, ob dominorum absentiam con-  
tristantur, & cùm eos dominum re-  
uertentes à longè vident, præ ma-  
gnitudine latitiae exultant, & eis iu-  
cundissimè blandiuntur: & serui

D 6

meg,

84      *De Prudentia iustorum.*

mei , pro quibus dolores , & agones mortalitatistuli, & quos carne, & sanguine meo paui & potaui, obliti sunt mei. Couertimini iam, filij mei, ad vos ipsos, & offerte mihi , in hostiam laudis, vitulos cordium, & labiorum vestrorum. Sacrificium enim laudis honorificabit me: & dabo vobis pluuiam voluntariam fontis viui , quem ingratitudo siccauerat. Si volueritis, & audieritis me benefaciendi cupidissimum , bona terræ viuentium comedetis. Abyssus inuocabit abyssum in lege misericordiarum mearum: quæ descendent in capita vestra, sicut in verticem Nazaræi. Non erit terra vestra , sicut terra Aegypti , in qua, in hortorum morem, aquæ per fossas ducuntur irriguæ: Sed meliori sorte largissimas de cælo pluuias recipiet : Et ego allectus gratitudine vestra, prosperabo vos victuros mecum cum sole, & ultra lunâ, & numerabo vos inter dulcissimos filios cordis mei.

C A P. XV.

*Hortatur ad fortitudinem.*

**C**ERTATE bonum certamen fiduci, &

